primoribus manuum digitis barbam pro-
fixius ~~mull~~ mulcet, caput ac mandibulæ
et scienter comit. Nonnunquam felis
imbricatæ asperitatis linguam et limæ
similem nudans, patinam lambit, contraq;
tenem altior insurgens gibbum efformat;
os certè ira inde vomere, et repetito
flatu crederes spirare. Videres subinde
Psittacum ingeniosissimè, et ad vivum
mirè expressum; qui ex supremo caveæ
tholo unguium beneficio sic libratur, ut re-
supinus prona pectus cælo, adversa vero et
dextra illa terga suppellectilem oculis spectan-
tium obvertat, ad hæc caput ades molli et
decenti flexura cernuat, quasi arcani quid
sufflaturus. Sed neque illa alium avium regina
Aquila, ut alia innumera omittam, textorum
ingenium transcendit, quin ita artificiosè
interdum homi repræsentant, ut eam non à
textore, sed à stoa aut stoæ autore efficta
existimares. Hæc in altum evecta, unde
imber guttatim depluit, et in nivea massa
frigoris ope stipatur, cauda sua guberna-
culo, et placido alarum remigio nunc dextrorsum
nunc lævorsum corpus inflectere velle ~~videtur~~
videtur: sic et ut cunctabunda volatu pendula
et velut meditabunda sinu oculorum obtutu,
et in campis pecudes, et oberrantes in silvis
feros obeat, rostro aperto et ungue laxato